oret ad dominum. Posterorum igitur recordationi volumus esse memorabile, quod nos coadunatis manibus matris nostre et Cunradi fratris nostri pro salvatione anime dilecte contectalis nostre Elisabeth ipso die humationis eius ecclesie nostre in Reinhersburnin contulimus x mansos nostre proprietatis in Ludirsburnin sitos cum omni iure et totali proventu statuentes, ut coloni dictorum mansorum nec non et aliorum x mansorum, quos in eadem villa in tumulatione ossium fratris nostri Ludewici lantgravii prefato cenobio dedimus, nulli nisi ecclesie serviant ampliori protectionis nostre gratia et speciali libertate semper gavisuri, quatenus fratres prenominati monasterii tam pro nostra et nostrorum quam pro care coniugis nostre anime salute deo studeant famulari diligentius. Ut autem hec nostre devotionis donatio robur sorciatur perpetuo valiturum, presens privilegium inde conscriptum sigilli nostri inpressione insigniri iussimus. Actum Reinshersburnin anno gratie m.cc.xxx.i., indictione iii. Testes horum sunt: Heinricus abbas sancti Petri in Erfordia. Iohannes sancti Georgii in Nuwenburc, Giso in Breitinowe abbates. Comites: Hermannus de Orlamunde. Otto de Rabinsberch. Heinricus de Stalberc. Fridericus de Bichelingen. Heinricus iunior de Svarzeburch. Ditericus de Berka. Meinhardus de Mulburc. Albertus de Wie. Cunradus et Fridericus fratres de Tanninrode. Heinricus de Helderungin. Rudolfus uterque pincerna. Berchtous dapifer. Heinricus et Hermannus camerarii. Heinricus notarius. Albero, Ditericus, Hermannus de Vipeche. Heinricus marscalcus. Iohannes de Hersuersleibin. Hartungus de Erfa. Albertus et Ekehardus de Vipeche. Ekehardus de Sumeringin. Ludewicus et Rudolfus de Husin et omnes, qui interfuerunt exequiis.

(S D.)

446.

Markgraf Heinrich eignet dem Kloster Altzelle die zwei Mühlen bei der Stadt Grimma, die es von Albert, Burggrafen von Dewin für 245 Mark erkauft, welcher der Lehen darüber entsagt und sich aller Ansprüche an die Obermühle daselbst begeben hat. **Altzelle, 1231 Okt. 5.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 305. S., an rothseidenen und blauen Zwirnsfäden, = Taf. III. 5. Dazu ein zweites Exemplar (B), ebendas. No. 306, mit erweitertem Text. S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 6.
Gedr.: Schöttgen, Opuscula minora 20. — Regest: Cod. dipl. Sax. reg. II. 15,3.
Anm.: A von Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21,79 Anm. 3, 169 Anm. 2. B ist eine Fälschung von einer Hand des 14. Jahrhunderts. Das Siegel ist von einer anderen Urkunde genommen und am Pergament verknotet, doch vergriff sich der Fälscher, indem er ein solches wählte, was Markgraf Heinrich erst nach 1247 geführt hat. Vergl. Posse a. O. 150 A. Der Zweck der Fälschung ist leicht nachweisbar: es galt die Freiheit des Klosters von aller landesherrlichen Gerichtsbarkeit nachzuweisen. Fünf Zeugen, sowie die falsche Ind. 3 statt 4 weisen darauf hin, daß dem Fälscher entweder die Urkunde gleichen Datums (A) oder eine den gleichen Gegenstand betreffende Urkunde vorlag.

:In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus[a]) dei gracia Misnensis[b]) et Orientalis marchio: | universis presentem inspecturis paginam et hiis, qui nunc sunt et

446. *a)* heynricus *B.* *b)* mysn̄ *B.*